

librum aperientem. Tunc enim fuit leo fortis & simul ad vincendos, & devincendos animos, quando ut Agnus missimus apparuit, dum Agni mansuetudinem prae se tulit ac ostentavit tunc validissimum robur, & incredibilem accipit & indoit fortitudinem, qua universum mundum expugnavit ac subiecit. De hoc fortissimo Agno ait Habac. c. 3. n. 4. *Cornua in manibus ejus, tibi abscondita est fortitudo ejus.* Ad quae verba sic ait Drogo lib. de sacra Passione: *Quae autem fortitudo tua nisi mansuetudo tua.* Mansuetudine Dominus omnia ad se traxit & potentissimorum animorum subiecit ac devicit.

Habac. 3.

Drogo.

108.

Tertio, Joannes audit leonem victorem, & tamen in re victoriae ac triumphi non vidit nisi Agnum occisum. Leo simul & Agnus est Dominus, ut mansuetudo mites coronet ac exornet, & etiam rationabilis ejus ferocitas conterat inimicos ac indomitios, et tunc & ceterat, Pulchre Richardus lib. 2. in Apocal. c. 3. *Leo per potentiam, ait, Agnus per mansuetudinem, Leo malos puniendo, Agnus bonos redimendo.* Utrumque Domini aequae majestatem commendat, malos scilicet punire, & bonos teneritudine ac affabilitate fovere, & recreare. In medio fornacis apparet Deus ut innocentes pueros indemnes terret. Dan. 3. n. 9. 2. & simul apparet lapis abscessus conterens statuas; Dan. 2. n. 34. Deus dicitur lapis ille simul pueros servans ac statuas evertens, aequalis majestatis laus est servare justos ac nocentissimos evertere. D. Irenaeus, c. 34. *Aliquando filius Dei visus est, cum his, qui erant in camino, liberatis eos de igne, aliquando lapis abscessus sine manibus, & percussit temporalia regna.*

Magna principis gloria est malis punire, & innocentes fovere. Richard. Daniel. 2. Daniel. 3. D. Iren.

109.

Quarto, Res valde mira: leo decantatur victor, videtur Leo: ac Agnus apparet in throno. Et ecce in medio throno, & quatuor animalium, & in medio seniorum Agnum stantem. Leo cernitur in pugna ac campo, videtur Leo. Ac Agnus se exhibet in throno: non vice versa res se habet. Agnus in campo, leo in throno. O praclarum cunctis Regibus documentum, ut in bello se habeant tanquam feroces leones ad praedam; ac in throno, & regali maiestate, sic mites humiles ac blandi, tanquam Agni; non vero contra Agni in bello, & rigidi ac fortes leones in throno. Richardus Victor. *Redemptor, ait, est leo per potentiam majestatis: Agnus per mansuetudinem, leo fortitudinem. Agnus pietate, leo in promissione, ut spes infirma se roborat: Agnus exhibitione, ne pavida conscientia formidaret, quem videlicet Agnum vidit in medio throni. In throno non terret torvitare supercilii leonina, sed agnina allicit mansuetudine; ac in campo non ut in bellis Agnus devicitur, sed ut leo fortissimus roboratur. De lacta Jacobi cum Angelo ait Oleas, c. 1. n. 3. *In fortitudine sua directus est cum Angelo, & invaluit ad Angelum, & confortatus est, stetit, & rogavit eum.* Res mira, si videtur, quomodo rogatur simul eodem tempore videtur & rogatur est, fortitudine eminent in lacta, precibus ac subiectione in palma ac victoria, ut in fastigio se exhibeat humilem in certamine fortem. D. Hil. 5. de Trinit. *Hanc, ait, ejus benedictionem rogas, complexu tuo validior elidit: aliud enim, quam agis, sentis.**

Rex sit fortis in bello, mites in throno.

Richard.

Oleas. 12.

Quinto, vivum leonem ac victorem contemplatur Ioannes, & tamen Agnum occisum aspiciat, librum aperientem, & negotium victoriae agentem, cur ergo in re victoriae ac triumphi

D. Hil.

110.

non leo exultans, sed Agnus occisus cernitur, ut inde fiat manifestum, quod nulla victoria, nullusque triumphus Dei venit, nisi per bellum, & mortem carnis ejus, quae affectibus instatam, alienum enim est a vero, quod ejus intendat vitae perfectionem, cum amore Dei, & carni, ejusque cupiditatibus se totam tradat, ab his longe abest qui Dei amicitiam cum perfectione quaerit. Paul. Oros. lib. de libero arbitrio. *Agnus Dei, ait, Filius Dei, ut accipiat librum de manu Patris, profert stigmata Passions, non indicans perpetratam nisi in morte, & resurrectione victoriam, & an maritus meus venire sibi posse perfectionem vitae immaculatae manducanti, h. benti, dormientique.* Gal. 2. c. 2. si mar. Unde Paul. *icebat ad Galat. 2. n. 20. Crucifixus sum cruci, vivo autem jam non ego, sed vivis in me Christus.* Ex quo ait D. Cyrill. Alexandrin. *Mundana namque conversationis mors Evangelicae vitae origo ac fundamentum est.*

111.

Sexto, Leo fastu ac applausu victor ac triumphator omnia more publicatur, & tunc Agnus tanquam occisus librum referat: Leo & Agnus est Christus D. cur ergo ipsemet ut leo triumphans ac exuviis hostilibus coronatur, Agnus vero non triumphans respiciet, sed in istis vulneribus tanquam occisus cernitur? Quenam hujus rei ratio? sanè ad nostram eruditionem aptissima, nam idem leo & Agnus, ut inde deprehendas, quomodo potentia se tueatur, inopia vero maxime calamitati subiecit; dum leo palma, & corona illælus triumphat; dum Agnus vero in istis plagis laceratus patitur, & tanquam mortuus jacet. Richard. de S. Vict. p. 2. in Apoc. 1. c. 3. *Magna est differentia, inter leonem & Agnum: Leo est magnus, Agnus est parvus. Leo cum ostendet potentiam, nullam sustinet plagam; ac Agnus parvus, & humilis plagis subiecitur, & doloribus ac morte affligitur. Erat homo spiritui immundo in monumento, nequeatenis jam quisquam poterat eum ligare. Marc. 5. n. 2. At Petrus tenebatur in carcere; Marc. 5. n. 6. Ille immundus, & nequitia plenus a nullo ligari poterat; Petrus vero purus & mundus, in quo tot dona gratiae perfurgebant, vitæ habetur: ille multam potentiam ostentabat, tanquam princeps hujus mundi; Petrus vero ut pauper modestus, & humilis attendebatur: inde in fortem, & potentem nullus auder manum mittere, maxime vero in eum pauperem, modestum, & humilem.*

112.

Septimo, Victoria decantatur Christo D. ut leoni: *Vicit Leo.* Et tamen aperiens librum apparet potius ut Agnus, quam Leo. Aperienti libro orationes ac petitiones sanctorum erant offerendae, habentes phialas aureas, quae sunt orationes sanctorum. Ne ergo aliquis obsecrans accedere formidaret, sed ut magnam spem ac fiduciam concipiat; ideo ut Agnum occisum se ostentat, habentem oculos septem, ut potentium necessitates videat; & cornua septem ad omnia istius accessus impedimenta removenda, & ut magis facilis sit accessus, non se prabet sedentem, sed ut stantem, quod notavit Ansberr. lib. 3. in Apocal. *Sedere enim regnantis & judicantis est: stare autem consolantis & adjuvantis.*

113.

Octavo, Agnus in praesenti ostenditur librum aperiens qui antea leo dicebatur triumphaturus in libri refectione, est de facto Agnus tanquam occisus librum referat; cur promittit

Tunc quis videt perfectionem ac religionem ac tenet, cum bellam carni & sanguini induit.

Oros.

Gal. 2.

Cyr. Alex.

111.

Potens sua potentia se tueatur, humilis sua humilitate deiecitur.

Richard.

Act. 12.

112.

Christus valde promissus ad nostras preces suscipiendas.

Ansberr.

113.

promittitur leo aperiturus? Magno dictamine sanè hoc est dictum, ut inde sint evidens, quæ n ad triumphos ac victorias conducatur agnina mansuetudo, & patientia; ab agni patientia provenit leonina fortitudo, quæ omni victoria de hostibus gloriosa resplendet. Rupert. 1. 4. in Apoc. *Qui agnus est, ait, innocenter moriendo, Leo quoque factus est, merito fortiter evincendo.*

Rupert.

114.

Exod. 12.

Patientia omnia vincit & subiecit.

Rupert.

115.

Matth. 10.

D. Chryf. Mites patientia de omnibus triumphat.

116.

Isai. 11.

Difficultas questionis.

Cælum & terram ac elementorum fortitudines, Moyses & Aaron ad convincendum Pharaonem convocaverunt, novem horribilium plagarum machinas in tyrannum contorserant, & nihilominus tyrannus persistebat ut populum captivum retineret. Quid tunc Deus ordinavit ait Moysi; *Tollat unusquisque Animam per familias, & domos suas, &c.* Exod. 12. n. 3. Cujus sanguine super luminaria ostium tingenda erant; quod factum sic immutatum est cor Pharaonis, ut nocte illa dimitteret populum cum omni sua substantia; & urgebant Aegyptii populum exire de terra velociter. Ibid. n. 33. Res sanè mira, triumphum, quem non reportaverunt manus Moysi armatae ferocitate leonina sanguinis; grandinis, fulminis ac multarum aliarum plagarum, eum reportavit unus Agnus sanguine fuso, & sic sanè contigit, ut id quod una fortitudo leonina non obtinere, una agnina patientia teneret, & assequitur. Plus triumphat de hostibus unus agnuculus omnia patientia sustinens, quam mundani tyranni fortitudine suarum machinarum Rupertus lib. 2. in Joannem. *Per immolationem, ait, Ani Pharaon quondam superatus est, & Israelitarum servitus soluta est, quod per manum Moysi & Aaron, plagis immixtis perfici non potuerat, sic per Passionem Christi, princeps tenebrarum Diabolus victus est.*

Ait Christus Dominus suis Apostolis: *Ecco ego mitto vos sicut oves in medio luporum.* Matth. 10. n. 16. Et cur oves ad lupos mittuntur? An ut vorentur ac perdantur à lupis; Absit, sed ut lupos viant, subiciant, ac de eis triumphent. Sicut enim proprium est ovium à lupis pati, sic ipsa ovina patientia certissima victoria est de lupis. D. Chryostom. homil. 34. in Matth. *Erubescant, igitur, ait, qui contra facientes quasi lupi adversarios prosequuntur, cum videant innumeros lupos ad oves vincti paucissimis. Et certe quosque sumus oves facile hostes vincimus: cum vero in naturam luporum transimus, tunc superamus; tunc enim nullum nobis a Pastore parocinium adest, qui non timet, sed oves pascit.*

QUESTIO XIV. Quare cum de aperiendo libro agitur, Christus Dominus dicitur Radix David?

Tota difficultas est, quomodo Christus Dominus dicitur Radix Davidis sicut Isai. 12. n. 10. *In ista die radix Jesse, qui stat in signum populorum ipsum gentes deprecabuntur.* Quomodo ergo Christus Dominus radix David esse potuit, qui ex Davide tanquam ex radice traxit originem, ex quo videtur Davidem potius radicem Christi, quam Christam radi-

cem Davidis appellari debuisse. Unde dicitur citato c. 11. Isai. n. 1. *Egredietur virga de radice Jesse.* Hoc est Messias Christus Dominus ex Jesse, sive Isai. patre Davidis tanquam ex radice ortitur. Quomodo ergo Christus hic dicitur radix David, est tota quaestio.

Primo, Respondent Andreas & Rupertus, & alii, quoad Divinitatem, nam licet secundum humanitatem, & qua homo, natus sit ex semine David, tamen qua Deus, creator ac auctor est David. Secundo, Aretas, & Ansberrus asserunt, quod secundum humanitatem, David fuit semen, & origo ex qua natus est Christus, qui est quasi radix germinans omnes fideles, omnem gratiam, & gloriam. Quod sic explicat Thomas Anglicus; Christus dicitur Radix David, quia multo antequam nasceretur in terris, ut prorsus ministrabat gloriam, & cetera dona Patribus antiquis, sicut radix humorem, & nutrimentum ministrat trunco ac ramis.

Tertio, Albertus Magnus ait quod Christus dicitur Radix David; nam sicut radix à terra habet humorem vitae, non propagatione ac semine; sed quia ab ipsa recipit materiam; sic Christus dicitur à Davide sic secundum carnem; non tamen carnali propagatione ac virili semine, sed quia ab eo habet accep. à naturam humanam, licet mirabili ac extra ordinario modo.

Quarto, Ribeira, Alcazar, & Cornelius inquirunt quod Christus D. quamvis videatur ut ramus ac stirps procedens ex familia Davidis, tamen dicitur Radix David, quia ipsa familia Davidis jam penè succisa extincta humi depressa, & in radice tantum sub terra, quasi delitescens, tunc Christus subpullulans, & ex ea prognatus hanc regiam David familiam, ejusque regnum non temporale, sed spirituale restituit, imò longè amplius, & gloriosius, quam fuerat sub Davide, effecit. Unde dicitur Isai. 53. n. 1. *Ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra siccitatis, Virgultum, & terra siccitatis ostendunt summam rerum temporalium paupertatem, & inopiam; Ascensus tamen coram Deo indicat summam gratiam ac spirituales opes.*

Quinto, hinc maxime sunt explicanda; primo, cur Christus dicitur radix David. Secundo, quare peculiariter hoc loco dicitur radix David? Dico ergo, quod si Christus sumatur praecise prout est stirps ac soboles David, sic non est radix, sed ramus; si vero consideretur qua Davidis filius, in quo ejus soboles, profapia ac regnum, ei promissum, ut in aeternum duraturum, fuit reparandum, sic Christus est radix David, qua ex Davide secundum carnem exiens pullulavit David sobolem novam à Deo promissam illustrissimo ac spiritali modo, ut ei dictum est Psal. 88. n. 38. *Et sedes ejus sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in aeternum.* Luc. 1. n. 32. *Dixit Angelus, Dabit illi Dominus Deus sedem Patris ejus.* Proindeque radix haec prior est aliquid David, majus quid in se habet, & majus quid producit, quam per se potuit producere David. Radix ergo David novae ejus profapiae, novique regni in aeternum duraturum.

Hoc novum regnum, & hanc novam generationem protulit haec radix David, dum tanquam Leo de Tribu Juda, Diabolus principem tenebrarum harum vincit; & de ipso triumphavit. Additur, *Radix David aperire librum.* aperit librum.

Quomodo ergo Christus Dominus radix David esse potuit, qui ex Davide tanquam ex radice traxit originem, ex quo videtur Davidem potius radicem Christi, quam Christam radi-

117.

Andreas.

Rupert.

Th. Angl.

118.

Alb. Maga.

119.

Ribeira.

Alcazar.

Cornel.

Isai. 53.

120.

Vera sententia.

Radix novae generationis ac regni.

Psal. 88.

Luc. 1.

121.

Vi radix Davidis novae profapiae.

aperit librum.

122.

Natus



Nam in magno hoc libro multa continebantur, quae spectabant ad regnum, & novam generationem David, ideo Christus ut radix David novae profetiae, suo quasi jure, aperire debet librum non utique sibi, quia quae Deus, una cum Patre, & Spiritu sancto illum scripsit, & condidit, & quae homo, omnia jam legerat à principio suae conceptionis: aperit ergo nobis, & aperit sensum ut aperuit Apostolis, ut Scripturas intelligamus.

112. Haec dixi secundum sensum litteralem, moraliter dicam etiam, quomodo Christus dicitur radix: radix intus adhæret terræ, & sub terra delitescit, ita ut quid terrestre censeatur, quomodo ergo Christus, qui non ut Adam de terra terrenus, sed de caelo caelestis nuncupatur; Radix dum sepulta jacet, vincit viriditate foliorum, aspectu florum, & tandem ubertate copiosa fructuum: Sepultus erat Christus, & veluti minimus infra omnes, sed radicis jacens instat prævalebat, ferebat folia, fructus, & flores, præter spem, & humanam opinionem, vivebat in ipso, & per ipsum florebat, & efficiebatur resurrectio mortuorum quos ut elevaret ac exaltaret, voluit deprimi ac jacere tanquam radix in sepulchro. Sanctus Ambrosius libro de Instit. V. g. c. 21. Christus primus, & novissimus, ait, primus quia per ipsum omnia; novissimus quia per ipsum resurrectio; de caelo enim, & prope se, ut caderet infra omnes se faciens, ut omnes jacentes relevaret.

113. Gaudent. Ad quod spectat eleganter D. Gaudent. sermone 10. ubi de Christo sepulto, sic ait: Implorato sexto die omni opere Passioni, die septimo, id est die sabbati requiescit sepultus; sed quoniam Dei opera quies est, ipsa in omnes aetates esse non potuit, nam corpore in sepulchro deposito, divinitas cum anima hominis ad inferna descendens vocavit de locis suis animas sanctorum. Sepelitur Christus & tanquam vera radix in terra absconditur, nunquid in ea latuit oriolus? minime, sed tunc maximum & copiosum fructum produxit & lucens animas sanctorum ex inferiori loco, & producens eas in caelestem patriam ac æternam felicitatem.

114. Epiphani. Pellichi ad hunc sensum explicat D. Epiphanius verba illa Psal. 2. num. 7. Attollite portas principes vestras, ac si à sepulchro Domino potestatis infernorum dictum sit, quod portas attollant, & comminuant; sed ad quid? Introibit Rex gloriae. Sed ut Rex gloriae ingrediatur, necesse est ut portae infernorum aperiantur ac auferantur; clausis portis optime ipse poterat introire: sicut & clausis januis ingressus est ad discipulos.

A Domino sepulto de struitur mors Joan. 21. Ad quid ergo dicitur, tollite portas? Optime sanè; quia à Domino sepulto, & in terra abscondito portae mortis ac condemnationis sunt ablatae, destructae ac comminutae; & aditus ad vitam ac salutem est apertus & ostensus. Nam ab eo sic in terra abscondito vita prodit, & mors est destructa. D. Epiphanius. Non quasi Dominus, ait, qui hic praesto est clausis januis, si vellet ingredi, non queat, verum, quia nobis fugitivis servus aeternarum portarum sublationem, comminationem imperare mavult, quàm per se ipsum eas aperire. Nota quod Dominus sepultus ad portas inferi potius vult comminationem imperare, quam eas aperire; quia omnino, ab eo ablatae, & destructae sunt.

Christus sepultus, & infra omnes elevat.

D. Ambrosius.

113. Gaudent.

A Christo sepulto de struitur mors Joan. 21.

Epiphanius.

Apoc. 4. n. 6. Et vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio seniorum, & in medio seniorum, Agnum stantem tanquam occisum habentem cornua, & oculos septem, qui sunt septem Spiritus Dei, missi in omnem terram.

VERSIONES.

Syrus. Et vidi in medio illorum seniorum, Agnum stantem tanquam mactatum. Corn. ex Gr. Agnum stantem tanquam jugulatum, vel immortum. Aliqui. Quae sunt iri in medio Presbyterorum. D. Cyprian. Missi per orbem terrarum.

EXPOSITIO VI.

115. Et vidi. Prius utique non viderat: nam si prius vidisset, sine dubio dixisset supra, cum totum hunc consensum describeret; nam cum cetera ibi commemorasset, etiam de Agno faceret mentionem; hæc autem visio est typica, & tunc res videntur, cum significatur. Et ecce in medio throni, & quatuor animalium. Non quod Agnus esset in sella sedentis, sed inter ipsum, & animalia, nam statim vers. 7. dicitur. Et veni, & accepit de dextera sedentis in throno librum. Ergo non erat in sella sedentis.

116. Agnum stantem, scilicet Christum Dominum, qui antea ob fortitudinem dicitur Leo; nunc vero ob mansuetudinem ac immolationem. Agnum stantem tanquam occisum. Bene dicitur tanquam occisus, non placet occisus, quia jam revixerat qui enim occisus est, non stat, sed jacet; ideo ait, stantem tanquam qui antea occisus esset; quasi dicat, quando occisum, nunc autem vivum.

117. Habentem cornua septem, & oculos septem; & statim se explicat, qui sunt septem spiritus missi in omnem terram. Septem ergo cornua, & septem oculi sunt septem primarii Angeli, de quibus Johannes egit cap. 1. vers. 4. Et hi dicuntur cornua, quia sunt fortissimi ad ventilandos ac destruendos Demones, ad tuendamque Ecclesiam, mirabilique perpetranda; & etiam oculi vocantur, quia sunt vigilantissimi ad agnoscendam ac explendam Dei voluntatem, ad hominumque salutem procurandam.

QUESTIO XV.

Quare Christus Dominus dicitur Agnus, & agitur de laudabili more Ecclesiae exprimentis Dominum sub forma Agni, & etiam de Agnis cereis.

118. IN medio throni, & quatuor animalium, Iac seniorum apparet Agnus, de quo loco ait ipsemet Christus Dominus, ubi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Marth. 18. num. 20. & hunc locum potius elegit quam alium, ut indicaret se velut esse eor in medio Ecclesiae, illi vitam præbens, & quia hic locus est eximii honoris apud omnes, qui ab omnibus Christo exhibendus est; & quia etiam ipse non est personatum acceptor: Deinde etiam addere liceat, idem Christum in medio throni, & animalium, ac seniorum esse, ut manifestetur esse eorum firmamentum, eos sustinens, ne commoveantur. Richardus Victorin. Agnum videt Johannes, ait, in medio throni, & quatuor animalium & seniorum, quia Christus est firmamentum, & sustentamentum omnium electorum suorum, omnes autem cum velut in medio positum intendunt, & ab ipso pariiter, etsi non aequaliter dona gratia spiritualis accipiunt. Quæstio principaliter inquit, cur Christus Dominus, qui paulo ante dicitur Leo, Leo videtur de Tribu Juda; nunc dicitur Agnus, Leo ob fortitudinem, Agnus ob mansuetudinem. Jer. 1. 1. Ego quasi Agnus mansuetus, qui portatur ad victimam. Et Isai. 16. n. 1. Emitte Agnum Dominum dominatorem terre. Non dicit Leonem dominatorem, quia mansuetudo maxime inservit ad dominandum. Dicitur etiam Agnus ob simplicitatem ac innocentiam, & quia Christus venit ut immolaretur in reconciliationem generis humani, & quia Agnus maxime audit, & recognoscit vocem matris, inde Christus dicitur Agnus, quia vocem suae sacratissimæ Matris maxime exaudit, & ad preces ejus pro nostra salute inclinatur. Quas rationes, & alias latè deo tomo 1. in Evang. lib. 3. cap. 5. quæst. 2. num. 5. 6. 7. & 8. ibi vide dicta.

119. Christus cur sub Agni figura representatur. Jerem. 12. Isai. 16. Mansuetudo maxime in se, ut à dominationem. Et eodem loco 4. latè explicavi cur Joan. Baptistam Christum lapide appellat. Agnum Dei. Joan. 1. n. 28. & n. 35. Tamen à nostro Evangelista frequenter dicitur Agnus tantum dicitur, ut hoc loco. Vidi Agnum stantem, & 6. n. 1. Et vide quod aperuisse Agnus unum de septem sigillis, & c. 14. n. 1. Ecce Agnus stabat supra montem Sion. In Apocalypsi apparebat Agnus in monte Sion, in throno ac majestate; at à Baptista ostendebatur tollens peccata mundi, & ideo tunc appellatur Agnus; multo magis patet ac declaratur Divinitas, dum hominum peccata abluat ac abstergit, quam dum in throno ac sede majestatis dominatur, & regnat: quæ latius vide citato loco, & alia huc spectantia.

120. Quare Christus in Apocalypsi dicitur Agnus: Præcurser Agnus Dei.

121. Christus Dominum sub Agni figura à Prophanis prædictam, à Joanne Baptista digito ostensum, à nostro Joanne Evangelista in throno visum, de quo ait S. Petrus Apostolus, nos esse redemptos pretioso sanguine, quasi Agni immaculati Christi, in sua Canonica, cap. 1. n. 19. Hinc semper fuit consuetudo depingendi Christum sub Agni specie, de quo ait 6. Synodus habita in Trullo. Can. 8. 1. Ut per ipsum, scilicet Agnum, verbi Dei humilitationem mente comprehendentes, ad memoriam quoque ejus in carne conversationis, ejusque Passionis, & salutis mortis ducamus, ejusque qua ex eo facta est mundi redemptionis. Ex quo Ecclesia Latina Romana semper hunc usum retinuit, licet Græci adversarentur ob calumnias Iconoclastarum, qui dicebant Christum solum esse pingendum sub figura humana.

122. Ut ergo antiqua consuetudo Ecclesiae Romana, rot oraculis Prophetarum, ac testimonio Præcuratoris, & Apostolorum comprobata esset in usu, ac Christus sub Agni figura in omnium esset memoria, & cum ex cera defumpta à sacris templis multa fierent miracula, ut constat ex quadam particula cere delata à templo S. Martini; quæ magnum oppressit incendium, ut ex D. Paulino refert Gregor. Taurinens. de miraculis S. Martini, & quia peculiariter cera accepta ex cereo Paschali, sacro chrysmate delibata ac benedictione sanctificata; Deus multa mirabilia operaretur, inde usu Ecclesiae consuevit fieri quadam cerea particula benedicta à Summo Pontifice, in quibus esset impressa imago Agni: Christi typum præ se ferentis, quæ Agnus Dei dicitur, quas receter baptizati ferrent ad collum, nam suis infantibus Gentiles bullas quadam ad avertendas fascinationes suspensas imponebant, in quibus, ut testatur Macrobius, imago cordis erat impressa, ut ita scirent infantes se esse homines si corde præstarent, superstitio ne in religionem murata: ex sacris cereis bullas confici consuetudo Christiana habuit, quas Agni Christum præ se ferentis imagine insignitas, geniti in Collo gestarent ut ita Christi Agni imagine discerent ejus exemplo esse mites, humiles, ac puros corde. Ita Baronius tom. 1. Anno Christi 58. Petri 14. §. 1. At verò hæc.

123. Eum ergo morem in Ecclesia Romana antiquissimum laudat Gelasius Papa jam ante mille annos, ut testatur Barinius ad annum 692. & inde Dominica in Albis, hoc est in octava Paschæ intra civitatem Romanam dantur Agni cerei ab Archidiacono in Ecclesia post Missam, & communionem populi, ut testatur Vasquez de Adoratione lib. 2. cap. 2. & à perfonis fide dignis accepti.

124. De utilitate, quam fideles ex illis capere possunt testatur Durandus in Rationali Divinorum officiorum lib. 6. c. 79. & alii, qui dicunt Agnos cereos auctoritate Pontificia sacros vim habere contra fulgura, fulmina grandinem, incendia, & tempestates ventorum, vel imbrum, unde pro magnis reliquiis tres Agnus Dei misit Urbanus VI. ad Gregorium Imperatorem, cum his versibus, quos refert. Quaranta, verb. Agnus Dei.

Balsamus, & munda cera, cum Chrysmatis unda. Consciunt Agnum, quod minus do tibi magnum, Fonte velut natum per mystica sanctificatum Fulgura desursum pellit, & omne malignum Peccatum.

125. Representatio Christi sub Agni figura multum utilis. 6. Synodus.

126. Origo Agnus Dei. Macrobius.

127. Consuetudo Romana. Gelasius, Papa.

128. Vasquez.

129. Durandus.

130. Quæstio 4.

G g 4